



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 109. Protestantium audacia a Coloniensi Senatu repressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. fligarunt, paucis duntaxatfuga dilapsis:  
 A. C. 1610. dein continuato victoriæ cursu Turciæ  
 fines emensi prædivitem prædam abe-  
 gerunt: Paulopost longe majori clade  
 eundem Visirium afficiebant. cæsis Tur-  
 carum plusquam triginta millibus. Præ-  
 terea die tertia Junii quinque Meliten-  
 sium triremes sex Turcicas invaserant,  
 ac tandem post atrox utrinque certa-  
 men expugnatis earum duabus præci-  
 puis, reliquas tormentis milere convul-  
 fas in fugam egerunt.

## §. CIX.

*Protestantium audacia a Coloniens  
Senatu repressa.*

*Merc. Gal-  
lobelg. t. 6.  
l. 3. p. 553.  
& 581.*

Sub idem tempus Coloniæ die festo  
 SS. Apostolorum Petri & Pauli P.  
 Ambrosius Adekirchen Ordinis FF.  
 Prædicatorum in Templo B. Virginis  
 concionem habuit, sumptaque occasio-  
 ne ex verbis S. Evangelii: *Tu es Pe-  
 trus &c.* proposuit, quod omnes ha-  
 retici, cum Ecclesiam impugnare præ-  
 sumpfissent, semper in hanc Petram  
 impegerint: cum autem inter illos Lu-  
 therum quoque & Calvinum nomina-  
 ret, Lubecensis quidam studiosus no-  
 mine Mænius secta Lutheranus in con-  
 vitia prorumpens, publice exclamabat:  
*Mentiris scelerate Monache?* quo dicto e  
 Templo

Templo auffugiens a nonnullis ex Au- Sæc. XVII.  
ditoribus eum in sequentibus, pro teme- A. C. 1610.  
ritatis culpa pugnis multabatur, ipse  
vero ira percitus Düsseldorf toto  
pedum studio contendit, ubi impudenti  
mendacio inter suos spargebat, quod  
hic Concionator parricidium in Regem  
Franciæ perpetratum deprædicasset, ac  
multa in Lutherum & Calvinum eo-  
rumque Sectatores convitia effudisset.  
Hæc ubi rescivit Senatus Colonensis  
nulla mora testes, qui integræ Concioni  
intererant, quamplurimos ad examen  
vocabat, qui una omnes interposita ju-  
ramenti Religione testabantur, quod  
ne ulla quidem mentio de Henrico Re-  
ge, ejusque cæde, nec etiam de Lu-  
theranis, præter superius relata, facta  
fuerit: Examinatur quoque ipsem  
Concionator, qui acriter ad profiten-  
dam veritatem pressus, innocentiam  
suam non tantum verbis, sed etiam ex-  
hibita Concioñe sua ad verbum, prout  
eam pronuntiabat, conscripta egregie  
purgabat, moxque edita apologia Ca-  
lumniatores suos tam acriter infectaba-  
tur, ut ex hac mendaci fæce nullus  
omnino vel verbulum eidem unquam  
opponere ausus esset: Hæc autem om-  
nia Senatus in acta publica hoc adhuc  
anno relata Boisifio Franciæ Regis Le-  
gato, qui mendaci famæ nimium cre-  
dulus

Sæc. XVII. dulus fidem adhibens inde offensus e-  
A. C. 1610. rat, exhibuit, eaque ad Castræum Ma-  
rescallum aliosque primores Gallici exer-  
citus Belliduces, qui tum in Castris Ju-  
liacensibus erant, perlustranda transmi-  
fit, qui una omnes de rei veritate ple-  
nius edocti tam hujus Lutherani pro-  
terviam, quam iniquum ejusdem fig-  
mentum & calumniam detestati sunt:  
unde Senatus promulgato edicto de-  
clarabat, quod hic maledicus, si com-  
parere, factique sui rationem reddere  
detrectaverit, in perpetuum ex urbe  
proscriptus sit, constituto quinquaginta  
aureorum præmio pro illo, qui ipsum  
ad Senatum reducere posset: His om-  
nibus non obstantibus ejusdem farinæ  
Author libri Gallici, cui titulus: *Mu-*  
*curius Gallicus, seu continuata Historia*  
*pacis &c.* anno sequenti Lubecensis ra-  
bulæ mendacium tanquam veram Hi-  
storiam suis commentariis inferere,  
pluraque Coloniensi Reipublicæ contu-  
meliosa addere non erubuit: verum  
Magistratus ad impudentissimum hoc  
commentum exhorrescens, cuncta, ea-  
que publica hujus rei testimonia Latino  
& Gallico sermone typis edi curabat,  
unacum luculenta adversus hujus Au-  
thoris fabulam & calumnias defensione,  
cui titulus: *Apologia Senatus Imperialis*  
& *liberæ Civitatis Coloniensis adversus ca-*  
*lumniæ*

lumnias anonymi cuiusdam Scriptoris Gal- Sæc. XVII.  
lici, qui cædem Henrici IV. in eadem Ci- A.C. 1610.  
vitate publice pro concione, suffragante Ma-  
gistratu, laudatam, & alia quædam falsa  
de eodem Senatu in annalibus suis com-  
morat.

## §. CX.

P. Guilielmus Balduinus ob conjura-  
tionis suspicionem in Angliam de-  
ductus, & innocens  
declaratus.

Jam ante obitum Elisabethæ Angliæ Merc. Gal-  
Reginæ P. Guilielmus Balduinus Je- lobelg. l. c.  
fuita natione Anglus Londini in carce- Juvenc. hist.  
rem, quem S. Birgittæ pateum vocant, part. 5.  
detrudebatur, ubi, ne fe Sacerdotem pag. 174.  
Anglum proderet, nonnisi Italica re- Alegambe  
sponsa dedit, atque intermixtis aliquot Bibl. Script.  
latinis vocibus inconditis ac barbaris Soc. p. 812.  
personam adscititiam belle sustinuit, Jac. Franc.  
tandemque uni e custodibus pecuniam relat. Hist.  
pollicitus, liber evasit, in Belgium se- p. 7. & 103.  
dens, cum vero in invidiam pulverariæ  
conjurationis vocaretur, diu latere, ne  
in Angliam raperetur, coactus est. De-  
mum securitatis studio hoc anno Ro-  
mam profici sci statuit: agnitus tamen  
in itinere, et si peregrino habitu indu-  
tus esset, Franckendalæ captus, cate-  
nisque onustus a Friderici Electoris Pa-  
Hist. Eccles. Tom. LIV. L 1 latini